✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quartodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno undecimo. et iohannem magno imperatore sed et anno quarto. Die quarta decima mensis septembrii indictione secunda neapoli: Certum est me stephanum filium quondam iohannis de pumilianum foris arcora dudum aqueductus ego autem havitator istius civitate neapoli. una cum voluntate ugualperga coniugi meae A presenti die promptissima voluntate Venundedi et tradidi vobis leoni et stephano germani filiis quondam sparani havitatoribus autem in eodem loco pumilianum. IDEst integra una petia de terra mea que vocatur pratosa posita vero in memorato loco pumilianum una cum arvoribus et introitum suum omnibusque. sivi generaliter pertinentibus. Pertinente vero mihi a memorato genitore meo. Coherente sivi hab uno latere parte horientis terra vestra. et ex alio latere parte hoccidentis terra iohanni sclavi. de uno capite parte septemtrionis via publica. De alio capite parte meridiana terra monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. De qua nihil mihi intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personam commisi potestatem: Ita ut ha nunc et deinceps memorata integra petia de terra mea que vocatur pratosa sita in ipso loco pumilianum cum arvoribus et introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus. unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi quatenus per memoratas coherentias vobis ea insinuavi set in integro sicut superius legitur a me vobis sit venumdata et tradita in vestra vestrisque. heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem. et neque a me memorato stephano cum voluntate memorate ugualperga coniugi meae neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus leo et stephano germanis aut heredes vestris quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno quattordicesimo di impero del signore nostro Basilio grande imperatore ma anche nell'anno undicesimo di Costantino suo fratello, grande imperatore nonché nell'anno quarto di Giovanni grande imperatore, nel giorno quattordicesimo del mese di settembre, seconda indizione, **neapoli**. Certo è che io Stefano, figlio del fu Giovanni di **pumilianum foris arcora** già dell'acquedotto, io altresì abitante di questa città di **neapoli**, con la volontà di Ugualperga coniuge mia, dal giorno presente con prontissima volontà ho venduto e consegnato a voi Leone e Stefano fratelli, figli del fu Sparano, abitanti inoltre nello stesso luogo **pumilianum**, vale a dire per intero un pezzo di terra mia chiamato **pratosa**, sito invero nell'anzidetto luogo **pumilianum**, con gli alberi ed il suo ingresso e con tutte le cose ad esso in generale pertinenti, appartenente invero a me dal predetto mio genitore, confinante da un lato dalla parte di oriente con la terra vostra, e da un altro lato dalla parte di occidente con la terra di Giovanni **sclavi**, da un capo dalla parte di settentrione con la via pubblica, da un altro capo dalla parte di mezzogiorno con la terra del monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridario**. Di cui entro gli anzidetti confini niente a me rimase o riservai né affidai in potere di altra persona, di modo che da ora e d'ora innanzi il predetto integro pezzo di terra mia chiamato **pratosa** sito nello stesso luogo **pumilianum** con gli alberi ed il suo ingresso e con tutte le cose ad esso pertinenti, di cui dunque niente a me rimase o riservai fin dove per gli anzidetti confini a voi ho comunicato ma per intero come sopra si legge, da me a voi sia venduto e consegnato e in voi e nei vostri eredi sia dunque la potestà di farne quel che vorrete e sempre ne abbiate libera facoltà, né da me predetto Stefano, con la volontà dell'anzidetta Ugualperga coniuge mia, né dai miei eredi in nessun tempo mai voi predetti Leone e Stefano, fratelli, o i vostri eredi, che non accada, abbiate dunque mai qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo né tramite persone subordinate da ora e per sempre. Inoltre in ogni tempo io ed i miei eredi promettiamo dunque di sostenere e

tempore ego et heredes meis vobis vestrisque: heredibus exinde ab omnis homines omnique persona in omnibus antestare et defensare promittimus. pro eo quod impresenti accepi a vobis exinde idest auri solidos quinquaginta bythianteos in cantum in omnem decisione seu deliberationem. Quia ita inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime atimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis vestrisque. heredibus auri solidos duodecim bythianteos. et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum. scripta per manus iohanni curiali per indictione memorata secunda ✕

Hoc signum ✕ manus memorati stephani cum voluntate memorate ugualperga coniugi sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memoratos solidos confessus percepisse ✕

✕ Ego iohannes Curialis rogatus a suprascriptos iugales testis subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse ✕

✕ ego iohannes filius idem domini iohanni rogatus a suprascriptos iugales testis subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse ✕

✕ ego iohannes medicus rogatus a suprascriptos iugales testis subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse ✕

✕ Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata secunda ✕

difendere in tutto voi ed i vostri eredi da ogni uomo e da ogni persona per quello che in presente ho accettato pertanto da voi vale a dire cinquanta solidi aurei bizantei in moneta, in ogni decisione e discussione. Poiché così fu tra noi convenuto. Se poi io o i miei eredi in qualsiasi tempo osassimo venire contro questo atto di vendita, come sopra si legge, e per niente adempissimo tutte queste cose menzionate e in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri eredi dodici solidi aurei bizantei e questo atto per quanto contiene sia fermo in perpetuo, scritto per mano di Giovanni curiale per l'anzidetta seconda indizione. ✕

Questo è il segno ✕ della mano del predetto Stefano, con il consenso della suddetta Ugualperga, sua coniuge, che io anzidetto per loro sottoscritti e i menzionati solidi riconosco che sono stati percepiti. ✕

✕ Io Giovanni curiale, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscritti e i suddetti solidi riconosco che sono stati percepiti. ✕

✕ Io Giovanni, figlio dell'omonimo domino Giovanni, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscritti e i suddetti solidi riconosco che sono stati percepiti. ✕

✕ Io Giovanni medico, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscritti e i suddetti solidi riconosco che sono stati percepiti. ✕

✕ Io Giovanni curiale completai e perfezionai per l'anzidetta seconda indizione. ✕

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quartodecimo sed et constantino magno imperatore frater eius anno undecimo: sed et iohanne magno imperatore anno quarto: die sexta mensis ianuarii indictione secunda neapoli: Horta est itaque intentio inter nos petro ferrario cui supra nomen corbulo filio quondam gregorii cuparii et ruta hoc est iugales: et te videlicet domina pitru honesta femina filia quondam domini campuli coniugis quidem domini stephani: de intentione que inter nos abuimus: pro termines qui est inter terra nostra memoratis iugales pictulu: qui est a parte septentrionis. et inter terra tua memorata domina pitru qui est a parte meridiana: posita: insimul in loco qui vocatur iannula: unde dicebat pars nostra memoratis iugales: atbersus te quia bersastis tu memorata domina pitru cum memorato domino stephano viro tuo et memorato genitor tuus et mutare fecistis ipsi termines et posuistis in ipsa terra nostra: pars autem tua memorata domina pitru atbersus nos respondebat dicens absit quia veritas non est ut memoratis termines nec tu nec memorato viro tuo nec memorato genitor tuus te sapiente mutassetis nec mutare fecissetis ipsi termines ut superius dissimus: set sic fuit ipsa fine inter memorata terra nostra et inter memorata terra tua per quadragintam annos quommodo memorati termines ivi modo ficti sunt: Unde multum litigium exinde. inter nos abuimus: iudichatum est exinde inter novis: ut si potuerit pars nostra memoratis iugales tibi ostensione facere qualiter memoratis termines tu memorata domina pitru aut memorato viro tuo aut memorato genitor tuus exinde mutasset aut mutare fecissetis: facere tu memorata domina pitru nobis exinde legem: et si non potuerit pars nostra tibi illud taliter ostendere iurare pars tua memorata domina pitru nobis exinde et dicere quia memoratis termines nec tu nec memorato viro tuo nec memorato genitor tuus te sapiente non mutasset nec mutare fecissetis: set sic fuit ipsa fine inter ipsa terra nostra et memorata terra per quadragintam annos quommodo modo

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno quattordicesimo di impero del signore nostro Basilio grande imperatore ma anche nell'anno undicesimo di Costantino suo fratello, grande imperatore nonché nell'anno quarto di Giovanni grande imperatore, nel giorno sesto del mese di gennaio, seconda indizione, **neapoli**. Si è giunti dunque ad una definizione tra noi Pietro Ferrario soprannominato Corbulo, figlio del fu Gregorio Cupario, e Ruta, cioè coniugi, e te vale a dire domina **pitru** onesta donna, figlia del fu domino Campulo, coniuge invero di domino Stefano, dell'accordo che tra noi abbiamo stabilito per i termini che sono tra la terra nostra predetti coniugi **pictulu** che è dalla parte di settentrione e la terra tua predetta domina **pitru** che è dalla parte di mezzogiorno, site entrambe nel luogo chiamato **iannula**. Di cui diceva la parte nostra anzidetti coniugi contro di te che tu predetta domina **pitru** con il predetto domino Stefano marito tuo e l'anzidetto genitore tuo avete spostato e fatto spostare gli stessi termini e li avete posti nella stessa terra nostra. La parte tua predetta domina **pitru** contro di noi rispondeva altresì dicendo che non è vero che gli anzidetti termini tu o il predetto marito tuo o l'anzidetto genitore tuo con te consapevole avete spostato o fatto spostare gli stessi termini come sopra abbiamo detto ma così fu lo stesso confine tra l'anzidetta terra nostra e la predetta terra tua per quaranta anni nel modo in cui ora i predetti termini sono ivi posti. Da cui quindi avemmo grande litigio tra noi. Fu giudicato pertanto tra noi che se poteva la parte nostra anzidetti coniugi di mostrare a te in qual modo i predetti termini tu anzidetta domina **pitru** o il predetto marito tuo o il suddetto genitore tuo avete dunque spostato o fatto spostare, tu anzidetta domina **pitru** avresti pertanto fatto a noi *quanto previsto dalla legge*. E se non poteva la parte nostra in tal modo mostrare a te, la parte tua predetta domina **pitru** avrebbe pertanto giurato a noi e detto che gli anzidetti termini né tu né il predetto marito tuo né il tuo anzidetto genitore con te consapevole avete spostato né fatto spostare ma così fu lo stesso confine tra la stessa terra nostra e l'anzidetta terra per quaranta anni nel modo in cui gli stessi termini ivi ora sono posti, e

ipsi termines ivi modo ficti sunt poneremus nos tivi exinde securitatem: et quia non potuit pars nostra tivi illut taliter ostendere: et hecce in presentis recepimus a parte tua memorata domina pitru memoratum sacramentum dicente novis ut superius atseruistis: et definibimus tecum et cum heredibus tuis exinde in omnibus: et amodo et semper nucquam presummimus nos aut heredibus nostris: tivi tuisque heredibus exinde querere per nullum modum nec per nullum umanum arbitrium nec per summissis personis: imperpetuum: quia ita novis iudichatum est: si autem aliter fecerimus de ihis omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredibus nostris: tivi tuisque heredibus: auri solidos duodecim bytianteos: et hec chartula securitatis ut super legitur. sit firma scripta per manu leoni curialis per memorata secunda indictione

hoc signum ✠ manus memorati petri ferrarii cui supra nomen corbi et memorata ruta hoc est iugales quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi ✠

✠ Ego petrus Curialis rogatus a memoratos iugales testi subscripsi ✠

✠ ego gregorius filius domini stefani rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi ✠

✠ ego iohannes filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi ✠

avremmo dato a voi pertanto atto di garanzia. E poiché la parte nostra non potette mostrare a te in tal modo, ecco in presente abbiamo accettato da parte tua predetta domina **pitru** l'anzidetto sacramento dicente a noi come sopra hai asserito e abbiamo dunque definito tutto con te e con i tuoi eredi, e da ora e per sempre giammai osiamo noi o i nostri eredi chiedere a te ed ai tuoi eredi in nessun modo né per alcun umano arbitrio né tramite persone subordinate in perpetuo, poiché così fu da noi giudicato. Se poi diversamente facessimo di tutte queste cose menzionate in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora noi ed i nostri eredi paghiamo come ammenda a te ed ai tuoi eredi dodici solidi aurei bizantei e questo atto di garanzia sia fermo, scritto per mano di Leone curiale per l'anzidetta seconda indizione.

Questo è il segno ✠ della mano del predetto Pietro Ferrario soprannominato **corbi** e della predetta Ruta, cioè coniugi, che io anzidetto, richiesto da loro, per loro sottoscritti. ✠

✠ Io Pietro curiale, pregato dai suddetti coniugi, come teste sottoscritti. ✠

✠ Io Gregorio, figlio di domino Stefano, pregato dai suddetti coniugi, come teste sottoscritti. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Giovanni, pregato dai suddetti coniugi, come teste sottoscritti. ✠

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quartodecimo. sed et Constantino magno Imperatore frater eius anno undecimo. et Iohannes magno imperatore sed et anno quarto. Die quartadecima mensis martii indictione secunda neapoli: Certum est me petrum filium quondam iohanni qui nominatur ficari. una cum consensum presentem mariae posteriore coniugi meae: A presenti die promptissima voluntate commutavi et tradidi vobis domino stephano venerabili abbati et cuncta congregatione monachorum monasterii sanctorum seberini et sossi hubi eorum venerabilia quiescunt corporas. Idest integra una terra mea posita vero foris flubeum in loco qui vocatur terrentianum territorio plagiense qui mihi obbenit et pertinet per dispositum quondam sillitte anteriori coniugi meae. Una cum arvoribus et introitum suum omnibusque. eis pertinentibus: coherente ivi memorata terra ha duobus lateribus. parte horientis et hoccidentis terras congregationis sacerdotum chartulas ecclesiae sancti iohanni in corte sicuti pro unoquoque latero ana quattuor termines exfinat. De uno capite parte septemtrionis est terra vestras iuris memorati sancti vestri monasterii. et ex alio capite parte meridiana est resina de qua nihil mihi exinde intus memoratas coherencias remansit aut reserbavi nec in alienas personas commisimus potestate: Ita ut ha nunc et deinceps memorata integra una petia de terra mea posita in memorato loco qui vocatur terrentianum: territorio plagiense ut dixi qui mihi pertinet et obvenit per dispositum quondam sillitte anteriore coniugi meae cum arvoribus et introitum suum omnibusque eis pertinentibus a me vobis sit commutatus et traditus in vestras posterisque vestris ipsius memorati vestri monasterii sint potestate quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestate: et neque a me memorato petro cum consensum memorate mariae posteriore coniugi meae neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memorato domino stephano venerabili abbati et cuntas congregationes monachorum

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno quattordicesimo di impero del signore nostro Basilio grande imperatore ma anche nell'anno undicesimo di Costantino suo fratello, grande imperatore nonché nell'anno quarto di Giovanni grande imperatore, nel giorno quattordicesimo del mese di marzo, seconda indizione, **neapoli**. Certo è che io Pietro figlio del fu Giovanni detto **ficari**, con il consenso della presente Maria successiva coniuge mia, dal giorno presente con prontissima volontà ho permutato e consegnato a voi domino Stefano, venerabile abate, e a tutta la congregazione di monaci del monastero dei santi Severino e Sossio dove riposano i loro venerabili corpi, vale a dire per intero una mia terra sita invero davanti al fiume nel luogo chiamato **terrentianum** in territorio **plagiense**, che a me pervenne e appartiene per disposto della fu **sillitte** precedente mia coniuge, con gli alberi ed il suo ingresso e con tutte le cose ad essa pertinenti, confinante ivi la predetta terra da due lati, dalla parte di oriente e di occidente, con le terre della congregazione dei sacerdoti della Carta della chiesa di san Giovanni **in corte** come per ciascun lato quattro termini delimitano, da un capo dalla parte di settentrione è la terra vostra di diritto del vostro predetto santo monastero, e da un altro capo dalla parte di mezzogiorno è lo stagno (A). Di cui dunque niente a me entro i predetti confini rimase o riservai né affidai in potere di altra persona, di modo che da ora e d'ora innanzi il predetto integro pezzo di terra mia sito nell'anzidetto luogo chiamato **terrentianum** in territorio **plagiense**, come ho detto che mi appartiene e mi pervenne per disposto della fu **sillitte** precedente coniuge mia, con gli alberi ed il suo ingresso e con tutte le cose ad esso pertinenti, da me a voi sia permutato e consegnato e in voi e nei vostri posteri del vostro stesso anzidetto monastero sia dunque la potestà di farne quel che vorrete e sempre ne abbiate libera facoltà, né da me predetto Pietro, con il consenso dell'anzidetta Maria successiva coniuge mia, né dai miei eredi in nessun tempo mai voi predetto domino Stefano, venerabile abate, e tutta la congregazione di monaci del vostro predetto santo monastero o i vostri

memorati sancti vestri monasterii aut posteris vestris quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestias per nullum modum nec per nullam personas a nobis summissis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis vobis posterisque. vestris memoratoque sancto nostro monasterio ab omnis. homines omnique personas in omnibus antestare et defendere debeamus: pro eo quod ad vicem in commutationem recompensationisque accepi a vobis Idest integra una terra iuris memorati sancti vestri monasterii qui nominatur ad cyrasa posita vero in loco qui vocatur ciranum que in memorato sancto vestro monasterio obbenit per dispositum quondam leoni filio quondam iohannis et maria iugales. cum arboribus et introitum suum omnibusque. eis pertinentibus. habente finis hab uno latere parte horientis terra ecclesie sancte fortunata et habet ibi de longitudine passi septuaginta quatuor minus tertia de passum. de alio latere parte hoccidentis terra gregorii filio domini cesarii rofani habente ibi passi septuaginta quinque minus tertia de passum. De uno capite parte meridiana terra monasterii sanctorum festi et desiderii puellarum domini. et habet ibi de latitudine passi viginti unum. et ex alio capite parte septemtrionis terra sergii. et theodori germanis campesariis ibique habet passi decem et septem memorati vero passi sunt mensuratis ad passum sancte neapolitane ecclesie. De qua nihil vobis exinde aliquod reserbatis. sicuti et quomodo continet mea chartula commutationis quam vos mihi exinde impresenti fecistis. in omnem deliberationem. Quia ita inter nobis combenit. si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc cartulam commutationis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memoratas et in aliquid offenderimus per quovis modum aut per summissis personis tunc componimus vobis posterisque. vestris memoratoque sancto vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firmas imperpetuum: scriptas per manus petri curialis scribere rogavimus per memorata secunda inditione ✠

hoc signum ✠ manus memorati petri cum

posteris, che non accada, abbiate mai dunque qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo né tramite alcuna persona a noi subordinata da ora e per sempre. Inoltre in ogni tempo io e i miei eredi dobbiamo sostenere e difendere in tutto voi ed i vostri posteris e il nostro predetto santo monastero da ogni uomo e da ogni persona per quello che in cambio e in compensazione ho accettato da voi, vale a dire per intero una terra di diritto del vostro predetto santo monastero detta **ad cyrasa**, sita invero nel luogo chiamato **ciranum**, che al vostro anzidetto santo monastero pervenne per disposto del fu Leone, figlio del fu Giovanni e di Maria, coniugi, con gli alberi ed il suo ingresso e con tutte le cose ad esso pertinenti, avete come confine da un lato dalla parte di oriente la terra della chiesa di santa Fortunata e ha ivi di lunghezza passi settantaquattro meno la terza *parte* di un passo, da un altro lato dalla parte di occidente la terra di Gregorio, figlio di domino Cesario Rofano, avete ivi passi settantacinque meno la terza *parte* di in passo, da un capo dalla parte di mezzogiorno la terra del monastero dei santi Festo e Desiderio delle fanciulle del Signore e ha ivi di larghezza passi ventuno, e da un altro capo dalla parte di settentrione la terra di Sergio e di Teodoro fratelli **campesariis** e ha ivi passi diciassette, invero i predetti passi sono misurati secondo il passo della santa chiesa napoletana. Di cui dunque niente a voi riservate come e in qual modo contiene il mio atto di permuta che voi pertanto a me in presente avete fatto, in ogni decisione. Poiché così fu tra noi convenuto. Se poi io o i miei eredi in qualsiasi tempo osassimo venire contro questo atto di permuta, come sopra si legge, e per niente adempissimo tutte queste cose menzionate e in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri posteris e al avostro predetto santo monastero venti solidi aurei bizantei e questo atto, come sopra si legge, sia fermo in perpetuo, scritto per mano di Pietro curiale, *a cui* chiedemmo di scrivere per l'anzidetta seconda indizione. ✠

Questo è il segno ✠ della mano del predetto Pietro, con il consenso della predetta Maria successiva coniuge sua, che io anzidetto per loro sottoscrissi. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Leone

| | |
|--|---|
| <p>consensum memorate mariae posteriore coniugi sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi ✕</p> <p>✕ ΕΓΩ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΜΟΝ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α CCTOC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ✕</p> <p>✕ ΕΓΩ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΚΕCΑΡΗ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α CCTOC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ✕</p> <p>✕ ego stefanus filius domini petri rogatus a supscriptos iugales testi subscripsi ✕</p> <p>✕ Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata indictione ✕</p> | <p>monaco, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscritti. ✕</p> <p>✕ Io Giovanni, figlio di domino Cesario, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscritti. ✕</p> <p>✕ Io Stefano, figlio di domino Pietro, pregato dai soprascritti coniugi come teste sottoscritti. ✕</p> <p>✕ Io anzidetto Pietro curiale dopo la sottoscrizione dei testi completai e perfezionai per l'anzidetta indizione. ✕</p> |
|--|---|

Note:

(A) Il termine latino **resina** diventerà poi il nome del comune di Resina, successivamente modificato in Ercolano.

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quartodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno undecimo. et iohanne magno imperatore sed et anno quarto. Die septima mensis iunii indictione secunda neapoli: Certum est nos gregorium calciolarium filium quondam
. . . et maru hoc est iugales: A presenti die promptissima voluntate promittimus vobis domino iohanni venerabili igumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario sanctaque vestre congregationis monachorum. eo quod vos nobis licentiam tribuistis fabrire super parietem vestrum qui est inter domum nostra parte horientis et inter hortum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii parte hoccidentis hoc est ad mensura in altitudine pedes duos ad manum virilem et in eodem parietem nos largistis ponere unde ex parte iam sternitum et coopertum habemus et ex parte exinde
. mus sternere et cooperire ut liceas nos illud sternere et cooperire tenientia cum ipsum quem coopertum exinde habemus et grunda tectui que et fecerimus excoteremus et haberemus a foris eodem parietem dium pedem at manum virilem et ea bersare in eodem hortum vestrum pariter et in ipsum sternimentum nostrum licentiam haberemus hostracumdare et a vos nec a posteris vestris non haberemus exinde nos aut heredes nostris quacumque requisitionem per nullum modum nec per summissis personis imperpetuum: IDEoque nos promittimus vobis ut nos sic illud totum fabrire debeamus usque ad tectum cum pretas et calce seu putheolanum ut nullatenus nos aut heredes nostris in eadem domum nostra a partes hoccidentis et septemtrionis habeamus fenestra aut doxicia vel qualibet foramen per nullum modum nec in altum nullo modo
. damus nos aut heredes nostris plus de memorata mensura nec ipsa a foris eodem vestrum parietem non escotamus plus de memoratum medi pedem ad manum virilem. Quia ita nobis complacui: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno quattordicesimo di impero del signore nostro Basilio grande imperatore ma anche nell'anno undicesimo di Costantino suo fratello, grande imperatore nonché nell'anno quarto di Giovanni grande imperatore, nel giorno settimo del mese di giugno, seconda indizione, **neapoli**. Certo è che noi Gregorio **calciolarium**, figlio del fu
., e **maru**, cioè coniugi, dal giorno presente con prontissima volontà promettiamo a voi domino Giovanni, venerabile egumeno del monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridario**, e alla vostra santa congregazione di monaci, poiché voi avete concesso licenza a noi di alzare un muro sopra la parete vostra che è tra la casa nostra dalla parte di oriente e l'orto del vostro predetto santo e venerabile monastero dalla parte di occidente, cioè come misura in altezza piedi due secondo la mano di un uomo, e nella stessa parete concedeste a noi di porre laddove dalla parte che già abbiamo spianato e coperto e dalla parte dunque *potremo* spianare e coprire, che sia permesso a noi di spianarlo e coprirlo
. . . in continuità con lo stesso che dunque abbiamo coperto e la gronda del tetto che . . . e faremo sporgere e avremo davanti la stessa parete *mezzo* piede secondo la mano di un uomo e quella volgere nello stesso orto vostro in pari modo e nel nostro pavimento avremo permesso di pavimentare, né da voi né dai vostri posteri avremo dunque mai noi o i nostri eredi qualsiasi richiesta in nessun modo né tramite persone subordinate in perpetuo. Pertanto noi promettiamo a voi che dobbiamo in tal modo del tutto alzare il muro fino al tetto con pietre e calce e pozzolana che in nessun modo noi o i nostri eredi nella stessa casa nostra dalla parte di occidente e settentrione abbiamo finestra o finestrino o qualsiasi apertura in nessun modo né in alto in nessun modo *mureremo* noi o i nostri eredi più della predetta misura né la stessa davanti la vostra stessa parete non sposteremo più della predetta *metà di un* piede secondo la mano di un uomo. Poiché così fu a noi gradito. Se poi noi o i nostri eredi in qualsiasi tempo osassimo venire contro questo atto di promessa, come sopra si legge, e in

contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris auri solidos viginti bythianteos: et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum: scripta per manus iohanni curialis scribere rogavimus per indictione memorata secunda ✕

Hoc signum ✕ manus memorati gregorii calciolarii et maru iugales quod ego qui memoratos pro eis *subscripsi* et hoc memorati sumus ut si vos aut posteris vestris in memoratum hortum vestrum domum vel casa facere volueritis ibidem licentiam habeatis ponere in memoratum parietem vestrum quantum volueritis. iterum si in ipsum hortum vestrum qui et ipsa domum nostra est a parte septentrionis domum vel casa facere volueritis vos aut posteris vestris licentiam habeatis insuper licentiam habeatis ponere in ipsum parietem nostrum quantum volueritis et si aliter fecerimus in memorata poena subiaceamus ✕

✕ ego iohannes filius domini aligerni presbiteri rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi ✕

✕ ego aligernus filius domini leoni rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi ✕

✕ ΕΓΩ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΣΕΓΗ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ΣΤΟΤΟΙΟΥΓΑΛΕΚ ΤΕΚΤΙ ΟΥΒ ✕

✕ Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata secunda ✕

qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri posteri venti solidi aurei bizantei e questo atto per quanto contiene rimanga fermo in perpetuo, scritto per mano di Giovanni curiale, *a cui* chiedemmo di scrivere per l'anzidetta seconda indizione. ✕

Questo è il segno ✕ della mano del predetto Gregorio **calciolarii** e di **maru**, coniugi, che io anzidetto per loro *sottoscrissi*. E questo ricordiamo che se voi o i vostri posteri nel predetto orto vostro vorrete costruire una casa o una capanna ivi abbiate licenza di porre nell'anzidetta parete vostra quanto vorrete. Parimenti se nel vostro stesso orto, che è anche la nostra stessa casa, dalla parte di settentrione vorrete costruire una casa o una capanna voi o i vostri posteri abbiatene licenza ed inoltre abbiate il permesso di porre nella stessa parete nostra quanto vorrete e se diversamente faremo soggiaciamo alla predetta pena. ✕

✕ Io Giovanni, figlio di domino Aligerno presbitero, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Aligerno, figlio di domino Leone, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, pregato dai soprascritti coniugi, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Giovanni curiale completai e perfezionai per l'anzidetta seconda indizione. ✕

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio porfirogenito magno Imperatore anno quintodecimo sed et constantino magno imperatore anno duodecimo et iohannes magno imperatore anno quinto die tertiadecima mensis decembrii indictione tertia neapoli: Certum est me petrum filium quondam domini sergii monachi. A presenti die promptissima voluntate. Venundedi et tradidi vobis iohanni et marino uterinis germanis meis: Idest integra portione mea de casale qui nominatur maternum qui at lamma dicitur posita in monte pausilipense cum arboribus fructiferis qui mihi pertinet per quondam memorato domino sergio genitori mea et indivisas reiacent cum reliquis portiones vestre et de heredes quondam theodonande germane nostre quem bos ipsa portio ipsius germane nostre comparatas abetis: INsuper venundedi vobis et portione mea quod est una petiola de terra que pergit super aqua de duliolum. Una cum arboribus et utrasque: cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus pertinente mihi ipsa petiola de memorata terra per quidem domina maru genitricis nostre et me in sorte tetigit ab ea et a bos ipsis: et abet finis a parte orientis terra heredes quondam domini sergii thii nostri et terra domini gregorii thii nostri et a parte septemtrionis terra vestra qui vos in sorte tetigit et a parte occidentis similiter terra vestra qui vos tetigit et in aliquantum est via qui descendit a bia publica. et a parte meridiana terra portionis qui tetigit memorati heredes iamdicte theodonande thie nostre. Unde nihil mihi ex omnibus memoratis aliquod remansit aut reservavimus: et a presenti die et deinceps prenominata memorata integra portione mea de memoratu casale de maternu posita in memorato monte pausilipense et prenominata memorata integra petiola mea de terra que ponitur super aqua de duliolum sicuti per memorate coherentie circuibi. utrasque cum arboribus fructiferis et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus a me vobis venundatas et traditas in vestra vestrisque heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis: et

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno quindicesimo di impero del signore nostro Basilio porfirogenito grande imperatore ma anche nell'anno dodicesimo di Costantino grande imperatore e nell'anno quinto di Giovanni grande imperatore, nel giorno tredicesimo del mese di dicembre, terza indizione, **neapoli**. Certo è che io Pietro, figlio del fu domino Sergio monaco, dal giorno presente con prontissima volontà ho venduto e consegnato a voi Giovanni e Marino, miei fratelli uterini, vale a dire per intero la porzione mia del casale chiamato **maternum** che è detto **at lamma** sito sul **monte pausilipense**, con gli alberi fruttiferi, che mi appartiene dal fu anzidetto domino Sergio genitore mio e che è indiviso con le rimanenti porzioni vostre e degli eredi della fu Teodonanda sorella nostra la quale stessa porzione della stessa sorella nostra avete comprata. Inoltre ho venduto a voi anche la mia porzione che è un piccolo pezzo di terra che si spinge sopra **aqua de duliolum**, con gli alberi ed entrambe con i loro ingressi e con tutte le cose ad esse pertinenti, appartenente a me lo stesso piccolo pezzo della predetta terra invero da domina **maru** genitrice nostra e a me in sorte toccò da quella e da voi stessi, e ha come confini dalla parte di oriente la terra degli eredi del fu domino Sergio, zio nostro, e la terra di domino Gregorio, zio nostro, e dalla parte di settentrione la terra vostra che a voi in sorte toccò, e dalla parte di occidente similmente la terra vostra che a voi toccò e in piccola misura è la via che discende dalla via pubblica, e dalla parte di mezzogiorno la terra della porzione che toccò ai predetti eredi della già detta Teodonanda, zia nostra, di cui niente a me di tutte le cose anzidette rimase o riservammo. E dal giorno presente e d'ora innanzi la menzionata anzidetta integra porzione mia del suddetto casale di **maternu** sito nel predetto **monte pausilipense** e il menzionato anzidetto integro piccolo pezzo mio di terra posto sopra **aqua de duliolum** come per gli anzidetti confini ho definito, entrambi con gli alberi fruttiferi e i loro ingressi e tutte le cose ad essi pertinenti, da me a voi venduti e consegnati, in voi e nei vostri eredi sia dunque la potestà di farne quel che vorrete, né da me predetto Pietro né dai miei

neque a me memorato petro neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memorati iohannes et marini uterini germani mei nec vestris heredibus abeatis exinde qualibet requisitione aut molestia per nullum modum inperpetuum. pro eo quod accepi a vobis exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione: Idest auri tari dece. Sicut inter nobis combenit: quod si aliter probenerit de his omnibus memoratis et in aliquid offenderimus per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes mei vobis vestrisque heredibus auri solidos sex bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma: scripta per manus petri curialis per indictione memorata tertia ✠

hoc signum ✠ manus memorati petri quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eus subscripsi et memorati tari confessus percepisse ✠

✠ ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascripto petro testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse ✠

✠ ego sergius filius domini iohannis rogatus a suprascripto petro testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse ✠

✠ ego sergius filius domini gregorii rogatus a suprascripto petro testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse ✠

eredi né da persone a noi subordinate in nessun tempo mai voi predetti Giovanni e Marini miei fratelli uterini né i vostri eredi abbiate dunque qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo in perpetuo per quello che ho pertanto accettato da voi in presente, in ogni decisione e discussione, vale a dire dieci tarení d'oro, come fu tra noi stabilito. Poiché se diversamente scaturisse da tutte queste cose menzionate e in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora io ed i miei eredi paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri eredi sei solidi aurei bizantei e questo atto di vendita, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano di Pietro curiale per l'anzidetta terza indizione. ✠

Questo è il segno ✠ della mano del predetto Pietro che io anzidetto, richiesto da lui, per lui sottoscrissi e i predetti tarení riconosco che sono stati percepiti. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Stefano, pregato dal soprascritto Pietro, come teste sottoscrissi e i suddetti tarení riconosco che sono stati percepiti. ✠

✠ Io Sergio, figlio di domino Giovanni, pregato dal soprascritto Pietro, come teste sottoscrissi e i suddetti tarení riconosco che sono stati percepiti. ✠

✠ Io Sergio, figlio di domino Gregorio, pregato dal soprascritto Pietro, come teste sottoscrissi e i suddetti tarení riconosco che sono stati percepiti. ✠

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quintodecimo: sed et constantino magno imperatore frater eius anno duodecimo. et iohannes magno imperatore sed et anno quinto. Die tertia mensis augusti indictione tertia neapoli: Certum est me iohannem filium quondam domini gregorii qui supra nomen cinnami et quondam mariae honesta femina iugalium personarum. A presenti die promptissima voluntate promitto vobis domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario eo quod tu me in memorato sancto et venerabili vestro monasterio recipere et havere spondesti et me ibidem monachum facere et tu et posteris tuis omnibus vite meae enutrire et bestire seu calciare sicuti ceteris monachis vestri cenobiatis: Ideoque et ego promitto vobis ha nunc et omnibus vite meae in memorato vestro monasterio essere et tibi posterisque. tuis in obedientia et in serbitio esse promitto ut sancta regula beati basilii docet et numquam presummo nec abevo licentiam sine vestra iussione ex ipso vestro monasterio exire set diebus meis ibi finire promitto et si sine vestra iussione ipso vestro monasterio exiero tunc liceas vos permissio vestro me apprehendere et in eodem vestro monasterio me reducere et me corripere ut ipsa sancta regula docet. Insuper a die presentis offero et trado vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. IDEst integra una terra mea que vocatur pummicaria posita vero in loco qui vocatur massa una cum arboribus et introitum suum omnibusque. sivi generaliter pertinentibus sicuti et quomodo me tetigit a germanis meis per notitiam que aput vos nunc remis. Coherente sivi hab uno latere terra adelgisi quem tibi dedit ille pastinator sicuti inter se termines exfinat: ab alio latere terra iohanni cannabarii ut finit inter se via. De uno capite terra quidem anne germane meae sicuti inter se duobus termines finiuntur. De alio capite terra heupraxiae germane meae sicuti inter se duobus termines disternitur. De qua nihil mihi intus memoratas coherentias

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno quindicesimo di impero del signore nostro Basilio grande imperatore ma anche nell'anno dodicesimo di Costantino suo fratello, grande imperatore nonché nell'anno quinto di Giovanni grande imperatore, nel giorno terzo del mese di agosto, terza indizione, **neapoli**. Certo è che io Giovanni, figlio del fu domino Gregorio soprannominato **cinnami** e della fu Maria onesta donna, coniugi, dal giorno presente con prontissima volontà prometto a voi domino Giovanni, venerabile egumeno del monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridario**, poiché tu hai promesso di accogliermi ed avermi nel vostro predetto santo e venerabile monastero e ivi di farmi monaco e tu ed i posteri tuoi per tutti i giorni della mia vita di nutrirmi e vestirmi e calzarmi come gli altri vostri monaci conventuali, pertanto io prometto a voi da ora e per tutti *i giorni* della mia vita di essere nel vostro predetto monastero e prometto di essere in obbedienza e servizio tuo e dei tuoi posteri come insegna la santa regola del beato Basilio, e giammai io oserò né avrò permesso senza vostro comando di uscire dallo stesso vostro monastero ma ivi prometto di finire i miei giorni. E se senza vostro comando uscirò dal vostro stesso monastero allora sia lecito a voi con il vostro permesso di prendermi e di ricondurmi nel vostro stesso monastero e di correggermi come la stessa santa regola insegna. Inoltre dal giorno presente offro e consegno a voi e tramite voi al vostro stesso santo e venerabile monastero, vale a dire per intero una terra mia detta **pummicaria** sita invero nel luogo chiamato **massa**, con gli alberi ed il suo ingresso e con tutte le cose ad essa in generale pertinenti come e in qual modo a me toccò dai miei fratelli mediante un atto di riconoscimento che a voi ho consegnato, confinante da un lato con la terra di Adelgisi che a te diede quel **pastinator** come tra loro i termini delimitano, da un altro lato con la terra di Giovanni **cannabarii** come tra loro delimita la via, da un capo con la terra invero di Anna sorella mia come tra loro due termini delimitano, da un altro capo con la terra di Euprassia sorella mia come tra loro due termini

aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personas commisi potestatem. et ha nunc et deinceps in vestra posterisque. vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem: et neque a me memorato iohanne neque a meis heredibus nullo tempore numquam tu memoratus dominus iohannes venerabilis ygumenus aut posteris tuis nec memoratus sanctus et venerabilis vester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum: modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. Verumtamen si quovis tempore exurserit heredes memoratis genitoribus meis et vos aut posteris vestris exinde quesierint tunc licentiam et potestatem habeatis apprehendere omnes pretium quantum pro anima mea ire debet per dispositum memoratis iugalibus genitoribus meis et in vestra posterisque. vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis. et a tunc nemine a me nec a quavis alias personas habeatis exinde quacumque requisitionem per nullum modum nec per summissis personas imperpetuis temporibus. Quia ita mihi complacui: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam promissionis offeritionisque. ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus tibi posterisque. tuis auri solidos viginti bythianteos: et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogavi per indictione memorata tertia ✕

Hoc signum ✕ manus memorati iohanni quod ego qui memoratos ab eo rogatus pro eum subscripsi ✕

✕ ΕΓΩ ΑΝΑΚΤΑΚΙΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ΚΚΤΟ ΙΩ ΤΕΚΤΙ ΚΟΥΒ ✕

✕ ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi ✕

✕ ego gregorius filius domini sergii monaci rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi ✕

✕ Ego iohannes Curialis Complevi et

